

1480 juny 2. Sant Julià de Lòria

Ramon Rossell, conseller d'Andorra, i Joan Bernat, procuradors del Consell General, i Berenguer del Puy i Joan Capdevila, cònsol i conseller, respectivament, de la parròquia de Sant Julià de Lòria, venen a Climent Bou, de Fontaneda, l'heretat de Soldevila, de Fontaneda, situada en aquest lloc, pel preu de vint-i-cinc lliures. Atès, però, que el Consell devia diverses quantitats, el total de la venda es reparteix de la següent manera: quinze lliures al benefici de sant Antoni de Pàdua instituït en l'església d'Urgell, quatre a Joan Bernat i Blai Guisalt, quatre a Vidal, d'Engordany, i dues al comprador. Consta a continuació l'apoca on els venedors reconeixen rebre la quantitat de la venda, que es reparteix en la manera sobre dita.

[O]. Original no localitzat. — R. Minuta de manual notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 54, fols. 2-2v. — [R']. Nota de llibre notarial no localitzada. És possible, però, que no s'hagués redactat i que l'original s'hagués fet a partir de la minuta.

Noverint¹ Universi quod nos, Raymundus Rocell loci Andorra, consiliarius, Iohannes Bernardi, procuratores sive sindici, ut aserunt, tocius terre vallium Andorre, Barangarius del Puy, consul parrochie de Lúria, Iohannes Capitiville, consiliarius eiusdem parrochie, gratis *et cetera*, nomine nostro proprio et tocius Terre vendimus vobis, Climento Bou loci de Fonteneda eiusdem parrochie et vestris *et cetera* omnem illam hereditatem, domos, terras, pratos, ortos, cassales, vineas [...]rerios et omnes alias pertinencias [quomodo] fuerunt d'en Soldevila de Fonteneda et que site sunt in dicto loco de Fonteneda, cum omnibus et universis iuribus eiusdem, hereditatis, ffancham siquidem et quitiam, salvo quod si aliqua debita exirent seu aliqui peterent in dicta hereditate preterquam infrascripta que sumam capiunt viginti et quinque librarum, [pro quitacione] quarum vobis dictam hereditatem vendimus quod in hoc [...] seu [...]la et scripta [...] *et cetera*. Et extrahimus predicta que vobis vendimus de iure *et cetera*, eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius *et cetera*. Inducentes vos et vestri in corporalem possessionem *et cetera*. Preterea, ex causa huiusmodi vendicionis *et cetera* damus, nominibus predictis, vobis et vestris omnia iura omnesque acciones *et cetera*. Quibus iuribus et actionibus supradictis positus vos et vestri uti *et cetera*. Constituentes vos et vestri in hiis dominos et procuratores ut in rem vestram propriam. Pro precio vero predictorum que vobis vendimus desdistis nobis nominibus preciis viginti et quinque libras barchinonenses in hoc modo, quod in [oneracio]ne dicte Terre [cui] petebat beneficiatus beneficii sancti

Anthonii de Padua in ecclesia Urgellensi constituti [...] dicte hereditatis dicto beneficiato quindecim libras, Iohanni Bernardo et Blasio Guisalt, de Sirovall, qui dicta hereditate patebant, quatuor libras, et quatuor libras Vidal loci d'Engordany, qui similiter patebat in dicta hereditate, et vobis met dicto emptori duas libras quas aseruistis vos fassisse predicta hereditate de expensis. Et sich, omnes predictae quantitates summam capiunt dictarum viginti et quinque librarum, quas a vobis habuimus te recepimus inmo dum predictum. Et ideo, renunciantes excepcioni peccunie predictae no habite et non recepte, dolo malo *et cetera*, legi qua subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii *et cetera*, damus et remittimus vobis si quid predicta que vobis vendimus plus modo valent seu amodo valebunt precio antedicto. Insuper, vero, convenimus et promittimus vobis, dicto emptori, nominibus quibus supra, quod predicta que vobis vendimus ffacimus vobis et vestris habere, tenere et pasiffisse posidere contra cunctas personas et quod tenebor vobis et vestris de firma et legali eviccione et legitima defensione eciam iusta pactum inter vos et nos inhitum et concordatum *et cetera*. Et pro predictis complendis, tenendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia bona nostra et dicte terre Andorre [nominibus ...] mobilia, immobilia et semovencia ubique habita et habenda eciam quocunque modo privilegiata. Et ut predita omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nech dolo sed sponte iuramus *et cetera*.

Actum est hoc in loco Sancti Iuliani die secunda mensis iunii, anno a nativitate Domini M^o CCCC^o octuagesimo.

Sig++++na nostrorum Raymundi Rocell, Iohannis Bernardi, Berengarii del Puy et Iohannis Capiteville predictorum, qui hec laudamus, concedimus, firmamus et iuramus.

Testes huius rey sunt Anthonius Vila, textor sancti Iuliani, Iohannes Bea[term] loci d'Aren, valliis Rarie et vicecomitatus Castriboni.

Sit omnibus notum quod nos, Raymundus Rocell, Iohannes Barnardi, syndici et procuratores, Baranguarius del Puy et Iohannes Capiteville parrochie de Lúria, gratis [*et cetera*] confitemur vobis, Clementi Bou loci de Fonteneda, eiusdem parrochie, quod a vobis, nomine tocius Terre, habuimus et recepimus omnes illas vinginti et quinque libras barchinonenses in precio quarum vobis vendimus omnem illam hereditatem cum suis omnibus et universis inventis suis, que vullgo dicitur l'eretat d'en Soldevila de Fonteneda, in hinc modum quod [solvistis] beneficiato sancti Anthonii de Padua XV libras, quatuor Iohanni Bernardi et Blaseo Guisalt, quatuor Vidal d'Enguorday et duas [de] voluntate nostra quan[...] vos [...]stis, prout constat in instrumento publico mediante per notarium

infrascriptum die presenti facto. Et ideo *et cetera* ffacio vobis de predictis viginti et quinque libris sich persolutis presentis apoche instrumenti *et cetera*.

Actum est hoc in loco Sancti Iuliani die secunda mensis iunii, anno a nativitate Domini M° CCCC LXXX°.

Sig++++na [nostrorum Raymundi Rocell, Iohannis Bernardi], Barangarii del Puy et Iohannis Capiteville [predictorum, qui hec laudamus, concedimus et firmamus.

[Testes predicti].

1. *El ratllat amb tres línies verticals a totes les pàgines i les lletres ct a l'inici del document, al marge esquerre, que equivalen a l'expressió clausum traditum, indiquen que es va fer el document en pública forma, que va ser clausurat pel notari i lliurat als interessats.*